Clar.mo Amp.mo

[interlinear: non audio, sed si quid hoc amplius est]

Politica quidem hactenus, expectans expectavi: et nisi amicitiae nexus securiorem reddidisset, certe promissionum tuarum fides visa fuit non indigna cui incumberem; ut jam titulo speciali vindicare viderer posse, quod ne sub generali quidem elapsurum fore sperabam. Nunc vero, ubi nedum hac, at ne illa quidem ex parte tota mihi prospectum animadverto, fateor ex opinione de amicitia hac concepta ~~...~~, quod ~~...~~ nisi coactior, haud libenter quidem eloquar. Nec vel sic tamen silentium meum interpretere putavi; quo nempe certior fias, si potis est hactenus ut non fueris, quam ~~est~~ usque tu et omnia tua in potestate nobis sint. Deinde solemnis ~~...~~ rerum mearum vicissitudo adigit, ~~...~~ ne non te interpellem. Si enim tanti est, scito nos itineri Britannico tertium jam accingi, quandoquidem patribus patriae sic placuit. Itaque si quidque ejus in partibus occursurum videtur, tali operam nostram vel negligentem vel dedignari nolueris, ecce jam sumus, Clarissime Heinsi, qui nemini mortalium libentius eam nostram detulimus, nemini sanctius, nemini promptius impensuri sumus. Vale vir summe, et nisi plane tandem indigni videmur, vel amare nos perge vel incipe. Hag. 9° D. 8bris

Tui studiosissimus

C.H.